Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nemini autem est causa labendi.
Utrum sciat deus modo quecumque sciuit
Omnia uero presciua dei tamen defutu-
ra est. ex quo ea futura esse de-
sinunt. et deus ea prescire desinit.
que ad defectum prescientie dei non pertinet.
potius ad defectum uel mutationem
rerum de quibus est. Multa quoque presciuit oli-
que non prescit modo. Omnia uero que
olim sciuit uel in futuro sciet. modo eum
scire firmissime credendum est.
Ad hoc tamen sic obicitur. Si quecumque sci-
uit et sciet. modo et scit; ergo scit modo
istum nasciturum. et antichristum uenire.
cum illud sciuit et hec sciet. Sed dicimus
quia idem prius de natiuitate huius et
uita antichristi scit modo deus. quod sciuit
aut sciet. mutatio sane temporum
scientiam dei circa hec diuisis cogit expri-
mere uerbis. sicut in simili adparet.
Tandem enim dicere propter mutata tempora
significamus dicentes. cras. hodie. heri.
Sic et eadem fides ab antiquis et moder-
nis patribus habita. uariis locutionibus
pro mutatione temporum pronuntiatur. Quem
enim ipsi uenturum. nos uenisse confitemur.
sed fides est eadem. Unde ~~Augustinus~~ Tempora ua-
riata sunt. et ideo uerba mutata. non fides.
uel instantie clarentes dominus non probe in-
ferri. Deus sciuit hunc nasciturum. ergo scit
modo hunc nasciturum. quia non eidem
tempori consignat nasciturum. Sic ergo inferatur.
Ergo scit modo deus aliquando hunc fuis-
se nasciturum. De similibus idem.
Nunc de omni- *De omnipotentia*
potentia dei uideamus que
circa duo consideratur. scilicet quod omnia
facit que uult. et nichil omnino
patitur quod non uult. Scriptura enim dicit
Omnia quecumque uoluit fecit.
~~Augustinus~~ et non ob aliud ueraciter uocatur
omnipotens. nisi quoniam quicquid uult potest.
nec uoluntate cuiusquam creature uo-
luntatis omnipotentis impeditur effectus.
Ideo omnipotens est. non quod omnia possit facere.
sed quia potest efficere quicquid uult. Nec enim
potest facere peccatum. ut mentiri et
huiusmodi. quia hoc posse magis ad impo-
tentiam pertinet. Unde ~~Augustinus~~ dicit. Mag-
na dei potentia est non posse mentiri.
Similiter nichil pati potest quod non
uult. quia non potest falli et miser
fieri. et huiusmodi. quia hoc posse impo-
tentie est. Denique ambulare come-
dere et huiusmodi. non sunt adeo penitus ali-
ena. licet enim hec essentie diuine
minime conueniant. in creaturis tamen
ea deus operatur. Ceterum caue. qualiter predic-
tum ~~Augustini~~ uerbum. scilicet potest efficere quicquid
uult intelligas. Si enim dixeris quicquid
uult. scilicet facere. uel se posse facere. potest
hoc modo angelis et aliis beatorum dici
omnipotens. cum nichil uelint facere nisi
quod faciunt. nec posse nisi quod possunt. Ut ergo
soli deo conueniat. dic. Potest efficere
quicquid uult. scilicet fieri. utique uel per se
sicut celum et terram. uel per creaturam ut bona
opera et artificialia. que nemo sine eo
poterit aut potuit. *An potuit deus*
Sciendum *plura quam uelit*
autem deum plura posse quam
uelle. Unde Augustinus. An putas

Marginalia: Item. Eadem est scientia sed [illegible] — *Aug.* — *Aug.* — *Aug.* — *Au*